





*Programmata*

**PEREGRINATIO SACRA  
BETHLEHEMVM**

AD VISENDA EA LOCA  
VBI OPTIMVS SERVATOR

**JESVS CHRISTVS**  
*EX MARIA VIRGINE NATVS*

A PASTORIBVSQVE ET MAGIS  
ADORATVS DONISQVE CVLTVS  
FVIT

**CVM NATALIS EIVS**

A. c. l. o. l. c. c. XXXI

AUSPICATO REDIRET

**MENTIBVS SVSCEPTA**

ET

LEVI HOC CARMINIS GENERE  
EXPOSITA

AB ALVMNIS

*SCHOLAE CATHEDRALIS NVMBVRGBENSIS*  
*PRIMO ORDINI ADSRIPTIS.*

**NVMBVRGBI,**

Typis BALTHASARIS BOSSOEGELII, priuil. Typogr.

AK






Quid iuuat in terras pedibus properare remotas,  
 Atque sacris oculos pascere velle locis?  
 Quid iuuat vxorem, carosque relinquere natos,  
 Natalisque diu rura paterna foli?  
 Quid iuuat innumeris caput obiectare periclis,  
 Quae mare, quae tellus, quae malus aër habet?  
 Non pietas iubet hoc: non tot discrimina adire  
 Mandatum verae est religionis opus.  
 Vana superstitio mortalia pectora quondam  
 Ceperat, et longas iusserat ire vias.  
 Eoas alii regiones inde petebant,  
 Calcatas pedibus, Christe verende, tuis.  
 Pars Lauretanum visebat magna facellum,  
 Audiit angelicos virgo vbi sancta sonos.  
 Pars ad Petrini properabat limina templi,  
 Limina submisso deueneranda modo.  
 Pars Compostellam, volucrum de more, volabat.  
 Spectatum cineres, diue Iacobe, tuos.  
 Tempore sed nostro crassius depellitur error,  
 Vt tenebrae, nitidum luce ferente diem.  
 Quique laborabant caeca caligine mentis,  
 Incipiunt oculis vera videre suis.  
 Gallorum nunc sacra peregrinatio nulli  
 Suscipitur, placitum rege vetante nefas.  
 Hic videt, et mores et rem corrumpere partam  
 Susceptum fictae religionis iter.  
 Sed legum possunt retinere repagula corpus;  
 Liberamens semper, quo libet, ire potest.  
 Non ea Triptolemi debet conscendere currum,  
 Occupet vt certum, quem petit, alta locum.  
 Non debet, Medea, tuos frenare dracones,  
 Sumere nec pennas, Daedale docte, tuas.  
 Per mare, per terras volitat velocior Euro,  
 Et nihil est, eius quod remoretur iter.  
 Non sentit pluias, hiemis non frigora sentit,  
 Nec, quae nunc terras obtegita, niuem.



Nontimetillamalum; curritpertela, perignes,  
Et spernit gladium, Thrax furibunde, tuum.  
Mentibus ergo sacrasprocul hinc properemus ad oras,  
Christus vbi ex sancta virgine natus homo est.  
Surgamus, celeres operi accingamur, amici,  
Tempore nos sacrasire iubente vias:  
Tempore, quo Christi natalis, fidere fausto,  
A nobis iterum concelebrandus, adest.  
Ingrediamur iter, Christo duce, et auspice Christo:  
Sic bene succedet, quod meditamur, opus.  
Ingrediamur iter: sint nobis Biblia praesto,  
Prae nobisque ferant per loca caeca facem.  
Spiritus atque Dei, ceu supplice voce precamur,  
Sit nobis longae duxque comesque viae.  
Relligio stipet, stipet reuerentia summi  
Numinis, et multum nos oculata fides.  
Angelicae cingant, fidissima turba, cohortes,  
Per longasque ferant nos referantque vias.  
Sic bene munitos nullus nos auferet error,  
Incautos in quem fabula saepe trahit.  
Nec mora: parua quidem, sed magnis vsibus apta,  
Nos tris vrbs oculis conspicienda venit.  
Dicitur insigni notissima nomine Bethlem:  
Coelestem mundo nam dedit illa cibum.  
Vrbs eadem summo Dauidica iure vocatur:  
Genti Dauidis nam dedit illa ducem.  
Cernitis agricolae virgis et vimine textam,  
Et canis tectam straminibusque casam?  
Hic locus est, olim praegnans vbi flamine sacro,  
Virgo Deum peperit, ventris onusque sui.  
Hic praesepe iacet, duro cui stramine farto  
Imponi passus se Deus almus erat.  
Hic bos, hic tardus Iosephi vector, a sellis,  
Ad titerant, pueri cultor vterque Dei.  
Non procul hinc multo turgescunt gramine campi,  
Qui praestant ouium pabula laeta gregi.



Nuntius hic turbæ pastorum apparuit olim,  
 Aetherea celsi missus ab arce poli.  
 Ponemetum, dixit, pia gens: tibi gaudia porto,  
 Humanum poterunt quæ releuare genus.  
 Nam vobis hodie casta est ex virgine natus,  
 Qui vobis clausam pandet ad astra viam.  
 Ite citi, stabulum, quæ tanti principis aula est,  
 Cumque sua puerum visite matre Deum.  
 Dixerat, et totus laetis concentibus aër  
 Personat, angelico dulce canente choro:  
 Gloria sit summo, sit lausque decusque parenti:  
 Humanum recreet gratia paxque genus.  
 Pastores veniunt, paruum subeuntque mapale,  
 Veraque, quæ genius dixerat, esse, vident.  
 Flexis poplitibus, puerum cum matre salutant,  
 Donaque, parua quidem, sed tamen apta, ferunt.  
 Quaeritis, in Bethles cur limite terra rubescat?  
 In promptu causâ est: sanguine tincta fuit.  
 Sanguine tincta fuit, cum tolleret ira tyranni  
 Infantes, regem nisi necare nouum.  
 Hoc venere magi, stella præeunte, sub antrum,  
 Quaerentes regem, qui modo natus erat.  
 Ad pueri cecidere pedes, illique precantes,  
 Aurum, tus, myrrham more dedere suo.  
 Nos faciamus idem: caecum iuuet ire sub antrum.  
 Ad puerique iuuet procubuisse pedes.  
 Sed quid, Christe, tibi dabimus? cui seruit id omne,  
 Quod natura suo continet ampla sinu.  
 Scilicet ex cunctis, quæ totus possidet orbis,  
 Pectora nostra tibi, rite dicata, placent.  
 Haec damus ergo tibi, tibi propria sunt dicata;  
 Haectibi cunarum sint maneantque loco.  
 Damodo te facilem nobis, da, laetus vt annus,  
 Cum precibus quem moxingrediemur, eat.



78 M 496

ULB Halle 3  
001 618 148



TA-506  
K118  
1017









*Programmata*

PEREGRINATIO SACRA  
 BETHLEHEMVM  
 AD VISENDA EA LOCA  
 VBI OPTIMVS SERVATOR  
 JESVS CHRISTVS  
 EX MARIA VIRGINE NATVS

A PASTORIBVSQVE ET MAGIS  
 CVLTVS  
 S EIVS  
 XXI  
 IRET  
 SCEPTA  
 GENERE  
 IS  
 NVMBV RGENSIS  
 SCRIPTIS.

SCHOL

Typis

I,  
 LI, priuil. Typogr.

AK

